



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Legatvs Apostolicvs, Sev Concionvm, De Iohannis  
Baptistae, Magni, Adversus Incestum reliquaqué peccata  
Herodis, Libertate, Notae**

**Bosquier, Philippe**

**Coloniae, 1612**

Echo Concionis XIX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56132](#)

## ECHO

## CONCIONIS XIX.

THEMA. Herodes cum corriperetur à Iohanne de Herodiade & de omnibus malis quæ fecit. Luc. 3.  
Facta repetitione visitata, sic popositum;

- Dicendum ho-  
dī mūki
- { 1. Iohannem Baptistam fuisse Concio-  
natoris, (Curia maximè) perfectissi-  
mum exemplar; Unde.
  - { 2. Baptista tantum oris libertas, & for-  
titudo;
  - { 3. In eos, qui obstinatos non corripien-  
dos putant. AVE.

## I.

Iohannem Bapt. fuisse Concionatoris (Curia maximè) per-  
filiissimum exemplar.

Baptistam quidem (Auditores) quam plurima svar-  
sim ostendunt, Concionatorem fuisse absoluissimū,  
& quidem Curia regia dignum, sed nihil magis, quam  
hic textus.

Habuit enim certè Baptista omnia, quæ adesse Cō-  
cionatoribus maximè autem illis, qui in Curiam ad  
Potentes vel ab Ecclesia destinantur, vel a Curia ipsa  
accessuntur, vel sponte profiscuntur, omnes boni.

Ve plurima sint vocamus. Ego tamen hæc p̄r-  
eipue putem (posita primum Eruditione) necessa-  
ria.

- Concionatori  
Curia maximè  
necessaria
- { 1. Zelus { 1. Dei;  
2. Iustitia; 2. Ecclesiæ;  
3. Temperantia, 3. Salutis animarum.
  - { 4. Prudentia,
  - 5. Fortitudo; Omnia gradu p̄enè  
summo.
- Concio-  
natoribus  
Curia  
hæc maxi-  
mè neces-  
satia;

\*1. Zelus, Dei in primis.

\*j. Dei: quam. Queniam tā Timoreius, quā Amor

Kk. 4

ac pæ-

ac p̄xne tota de illo, & in illum, Fides, plenitudo, excluduntur. In Athos ibi multi degenerant, in theinis exclusi Diagoræ Protagoraq., & ieiunantur.

Paucæ Curiæ similes Curiæ Constantini; Patri Constantini Magni, de qua hic Eusebius Caesariensis statutus auctor in summa bene sedatum suum regnum, fratrem, liberos, ipsam familiam cum suis, &c. Regi Deo nūi, &c. hilarē in multitudinem Palatii prorsus Ecclesiastores. In eo consortio fuisse Dei ministerie, que in talibus cultu conseruenter inservirent, quando opus multitudinēm sibi stabant. Euseb. Cæsar. libr. 1. de vita Constantini.

In quod Curijs Maiores ac Potentiores, à ministris & clientib; non plus, quam Deus ipse, sumuntur religiosiusque adorantur: &c.

Ibi diuinos honores vni adscendant; alij propinunt, & obtrudunt.

*Exeat cula qui vult esse pius, pueri docebamus.*

De aulicis nunc multis dixeris, quod olim D. Chrysostomus de Sacerdotibus idolorum, qui apud Gentiles inquit, templorum auctoritas rationem suscepere, & cetera talibus plusquam Damnos, pliqueant idola eorumque, quod adorant. D. Chrysostomus lib. 1. cont. Gentiles.

Pro Principibus, etiam contra Deum & Diagonem plerique militabant, omnibus postulatis inducserint, aequi, iniqui. Intelligent tantum quid possit creper Alexander, nō sacerdos.

Regibus suis, si aliquando per insiniam homines diuinos poposcerint, impenderint quanto nimis adulacionem. Mox didicerint eum Plaphonis Lyci auiculis, cantillando publicare in monibus, Magnus Deus Plaphon. Max. Tycius liber. 19.

Tres adolescentes statuam Nabuchodonosor suppeditam non venerati, & Daniel alium Dicū a Nabuchodonosore adorans ab Aulicis accusati testes locupletes.

Dixisse aulicos illos de Nabuchodonosore adoratione sollicitiores, quam Nabuchodonosor in primis.

Quid

Quid Nonnunquam & ipsis persuadent, ipsos, al-  
iuri aiquid hominibus esse, & Deos.

Schages Argius, & Cleo Siculus non modò fi-  
lum Iouis adpellarunt Alexandrum, & prostrato cor-  
pori, tradiebat adorauerunt, sed iniuper adiece-  
tum Herculem, Bacchum, Pollicem cum Castore,  
toto numini celuros.

Virgilius Augustum Deum adpellat; Deus nobis  
haec fecit, id est ipse Cæsar: propreterea illius &  
iun.

Sæpe tener nostris ab oculibas imbuit agnus. Bucol.  
Patero excelsa & diuina pñne nomina: Maestri-  
us, Excellentiae, Celsitudinis &c. nunc visitatissi-  
ma.

Non tacendum, quod in Curijs etiam Helenæ sùt,  
Magdalena & Phryne multæ compositæ & in curi or-  
tæ & similitudo templi, quas religiosus quam Deas  
colunt, nec horrent, proh idolatriam! Deas suas ac  
nymphas per frequenter adpellare, credo & sacrificare.

Ibidem Astartia plurima, quæ est idolorum serulini.  
Ibidem multi, quorum Deus venier est, in inici crucis  
Christi.

Preciosissimam varicæ pñne omnium sensuum ille-  
citor, ut Gustatus, cibi peregrino orbe que sit, vina  
eterna, epula quotidie & in orbem splendidæ, verdi  
vitis illius epulonis: Visus & Tactus, luxus vestimentorum,  
aurum, gemmæ, torques, purpura & byssus quibus  
item epulo quotidie inducebatur ( Non qui molli bus  
repluerat in dominum Regum sibi: & ibi Helenæ, & Mag-  
dalene adhuc in ciuitate peccatrices, natura & arte  
sciensissime præparatae: Auditus, musica vocalis, organi-  
ca, Belgica, Orlandica, Italica, Gallica, & omni genera-  
tia multorum: Odoratus, vestes ballamo & virgula  
fumi infecte, olfactione manu verita, fisticuli, ro-  
torum violatum &c. crines myrrhati, & ora ipsa myr-  
ham primam redolentia, quibus omnibus adeo ir-  
retem humanus animus, ut facile & plerisque dici  
possit illud Petri, Domine bonum est nos hic esse &c. &c; Mat. b. 17.

Kk 5 cclam

*Celum celi Domino relinquatur; Terra autem, &  
phæ, & vxores, & liberi &c. ijs hominum,*

*Ibidem Atheus ille Machiauelius tenet, ha-  
colitur pro nomine familiari Sapientia.*

*Ergo Zelo honoris Dei maximo totum  
Seraphini instar, Curia Concionatorem oportet  
ut Aulicos a talibus ad Deum Cœlumque ren-  
tum ne ipsius in Atheum degeneret, tot palam  
circumuentus.*

*D Antonius mundum laqueis refertum videt  
quid si introspexisset in Curias quasdam, non  
queorum officinas?*

*Baptista noster sine controversia zelosissimum  
debuit, & fuit, cui negotium fuerit cum Rege, cum  
Regina, cum Salome, cum Curia haud dubio con-  
tissimis.*

*Ipse erat lucerna ardens & luentes.*

*Quis putas zelus illius fuit, qui nihil diffundit  
potuerit?*

*Qui capite multari, quam curia laqueis cap-  
luerit?*

*Ecclesiæ, \* ij. Ecclesiæ, vel olim Synagoge. Omnesque po-  
etas.*

*Impatiens confortis erit, nedum prætoris. Quid  
Nec quemquam iam ferre pacest Lysanne priorem,  
Pompeius parem. Lucanus l. i. Phat.*

*Herodes, ut dixi, Sacerdotum & Synagogæ ob-  
for fuit, qui de Pontificatu ipse statuit &c.  
Est, qui Ecclesiæ ira negat sibi nata, nubila nunc  
armis.*

*Instituit, desistuit, restituit, autorat, exaudit, ex-  
mutat, permutat &c.*

*Si voler, his de Rhetore Consul, de mense la-  
cul.*

*Est, qui Placita Ecclesiæ nouissim quastum, do-  
do prosunt, soleat reuereri. Quid superest, nisi solu-  
regnum Sacrorum?*

*Emotiar, nisi audierim ex ore Principis factum  
mi & non malum, & excommunicatus latus meus non iugur-*

separat id est, ut ego tunc interpretabar, nihil in aliis quum Italos posse, blasphemiam quam dissimulatum non potui nec debui.

Quid Ozias Res sacrificare etiam, & ignem alienum offere gestijt, 2. para. 6.

Eram cum imperatore Ponificem Valens egit, profanum falecum in iudicium Sacerorum immittens.

Henricus II. & VIII. & Elisabetha Anglorum Regis quidam factio rautum, alij verbo factioque Ecclesie caput selevenditarentur.

Sunt qui, quae Capitis sunt, gerunt, quamquam Capitis Ecclesiae nomen non usurpant.

Nomen patre sine re, legitimo Capiti relinquunt, tem sine nomine plerique usurpant. Videris functiones iustas dixeris habuisse.

Celebrent rautum, & facro chrismate vngant. Pontifices iure vocaueris.

Relixit scilicet Anrys Rex ipse hominum Phœbiique

Coronatus & insulatus, si Dijs placet.

Rediit a mortuis Melchisedech Rex Salem & Sacerdos dei Aliusimi. Gerit ferè laicus Magistratus locis

nonnullis sacra æquæ & profana.

Nec iam audiuntur stridula illa nimis & odiosa  
vita Nazianzeni; vos quoque potestis me, meisq; sub-  
sequentes Christi subiecti. Scio se esse ouem mei gregis, sacri  
regi sacram ouem Orat ad ciues & Imperatorem ira-  
censem.

Exhibilantur & illa Ambrosij ad Theodosium  
Magnum, Purpuram Imperatores facere, non Sacerdores.  
Mich. Glycas p. 4 Annal.

Et illa Chrysoftomi; sive quis Dux militie sit, si  
Prefectus sive Princeps diadematè coronatus, indignè au-  
tem acedat (ad Eucharistiam sc.) prohibe; maiorem illo  
potestatem habet Hom. 60. ad Pop.

Indignissime ferunt Nobiles, circumscribi-  
se, quasi Romanorum censura, ab hominibus ob-  
scuro loco natis ad hororum Pontificatus & ad  
nexam

nexam potentiam electis.

Fremunt, cùm ab Ambrosio vñus Medicinali  
copo Theodosium Augustum publicè adū Eto  
totos octo menses promibitum, palamque ren-  
sum, & iniusta & nimia cædis Thessalonice fa-  
gunt. Mich. Glyc. p. 4 Annal.

Item cùm audiunt, Paschali quodam die eam  
ab eodem, iussum a sacro Sacerdotum, viam  
proprio purpuratorū loco, discedere. Tantillū super  
peccatum, a tanculo Sacerdote, in tanco Imperia-  
re tam publicè, tam solemni die, tantoper regis-  
sum? Hist. tripl. l. 9. c. 36. & Glyc. ap.

Cùm intelligunt, Decium Imp. proprium  
diuum vnum, ab uno Babylā, quasi rite quidam ut  
Ius preis manū plūm, à Dei templo exactum. Chrys. a  
vita Babylā, seu lib. contra Gentiles.

*Et dextram in peccatis impegerat ait Chrysob.*

Licentiam putant non ferendam. Lapidē loq.  
Iis videtur quisquis de his verbūl. Duxit illi a  
hic sermo, & quis poset eum audiret Itane sacrificia  
zum Dominis dominentur?

Itane sit nostrum omne sub regno gratiae regnante  
sec.

Zeli ergò ingentis hic labor, hoc opus effecit  
Herodem & Herodianos rediuitos, de his matre  
quod tamē siccè necessa est, nisi placet, etiam  
muor seruati minori, & Agar Sarx dominatur, non  
Dominus suæ. Ah!

Etiā hic Baptista arsifit, qui corripiens Herodem  
omnibus malis, que feci, haud dubie, usurpatam  
Sacerdotalis potestatis (vti nuper dixi) repre-  
dit.

Credibile, valde zelasse pro domo Dei, & Sangue  
& templo, seruum illius Domini, qui nunquam  
fuisse legitur, quam cum vendentes vicerint  
in templo fortè reperit. Flagello enim & ieiunato-  
res, cathedras vendentium columbas, & simulacra  
euerit, totoque vultu & verbis iram summissim ad-  
dit.

<sup>1ij.</sup> Saluto animarum, cuias sapè in Curia incuria  
placuit. Alijs Curia curia cura animæ preuenitur, i- animarum:  
mò & excluditur. Curiosissimi rerum externarum, vi-  
vantinetrarum, & animi incuriosissimi.

Quod illic accendentium, aut acerbitorum Con-  
cionatorum auditus rarior ad alienos accessus, obe-  
dientia rassimilis, contemptus, irrisiones frequen-  
tissimæ. AEthiopes dicas lauari, & afnum ad lyram  
trudiri.

Nizelus animarū in Doctore excellat, animum  
deponat, dicat apud se quoniamque nos patiar? Vel rece-  
nit & Babylonem excuslo pedum puluere deserat, quā  
traversa, & non fit Janua; Vel pigate iterumque ite-  
nique eadem inculcare, aut catena reprehendere,  
quæ primas nondum virticias euulserit.

Fuerit autem zelator bonus, sequetur Christum  
venerantem, qui nec indignatione commo. in. nec celere of-  
fensis, nec inuria violatus Iudeam defecit, quis etiam im-  
memor iustitiae, memor clementie, nunc docendo, nunc libe-  
rando, non sanando, infidele plebis corda demulcit. D. Ambr.  
L. in c. 4. Luc.

Baptista etiam hic excelluit, qui scilicet & adulte-  
rium, & reliqua mala, quæ fecit Herodes corripiunt.  
Venerantem in concionem media Eremo notant, ad  
convenientem sapè venerit, & cum adulterio scipius-  
tulit reprehendendo nil adhuc profecisset, non desti-  
tut tamen, & de reliquis omnibus malis quæ fecerit, orri-  
per opportunè importunè instare, tundere sapè sa-  
pius, & tortus.

G. tacanei lapidem, non vi, sed sapè cadendo.

Nanquam Protagenes iste manum de tabula.

Vt iterum & tertio idem tentando sibi ipse non fa-  
cili faciat, nec res cadat ut optat, non penicillos aut  
spongiam abiecit. Ut pictoribus, sic Concionatori-  
bus opus multa patientia, crebrisque recognicioni-  
bus.

\* 2. Inflata & severitas, contra nimis licentiosam 2. Iustitia  
Aulicorum erga se indulgentiam, & Injustitiarum  
confuetudinem.

Omnia enim illi sibi, Regibus autem ac Domini maximè, licere putant & iactant, ut super oleum & Concionator ergo iusta ratione cedar: omnia la constanter reprehendat, nihil dissimulet.

\* Stoicum prester, rigidumque Catonem.

Panè expedit hic est nimum, conatiq[ue] extremorum etiam ultra medium reducere, sedem maximè licentiosi in medio consistit.

Virgultum valde distortum Hortulanus in aduersum, plus quam pat sit, ut, quod pareat, afflatur.

Iniquum p[ro]m[er]itum scitus negotiator pollicat, saltem æquum auferat; & phonacis excessum non ut ad iustum tonum reducat cacophoniam.

Ibi Nugas, nugas nō vocet, voce p[ro]m[er]itum as in ore Aulicorum, sicut Sacerdotum, majorum licet Regni sui luminarium.

Quod quoddam Cato Maior Censuram tens candidatus, de Roma vociferabatur, Cato vehementi expurgatione indigere; & horribilis medidinem, ut, si sapient, non lenitissimum, sed aberrantibus rebus medicum; ira perare (e h[ab]et et iusti seculo) multo luxu & molitie ciuium opera primum factarum, id est Curia Potentum nonnullorum opus esse Concionatore ibi seuerissimo, Stoicos & Catones spicatum. *tom. 1. viii. in Cat. Maio.*

Lauanda illic nicro omnia ibi ibi herba horrida multiplicanda. Lotiones, potionis, omnes vni habentes valde corrosiuam.

Seueritas criminibus minor non sit Hievis, sed fecerit, ut in æternum parcat Deus. Potentes potest tormenta verborum Dei patiantr, ne potentera menta verborum Diaboli pati compellantur.

Sciant nullum plebeculae patronum commendari, praeter Concionatorem fortissimum, p[ro]m[er]itum superellit.

Baptista certè præcipue seueritatis fuit, qui nihil vel tenuissimum dissimulavit, qui Herodem de omnibus, de omnibus omnino melis, que feci, corripuit. Status est Babylonem in lucernis. Omnia ventilans, orationis cribrauit &c.

**Iustitia**, iustitia inquam, ibi summi necessaria  
contra illam omnia habendi, tenendi, regnandi, quo  
contra Regū autem quaque iniuria, libidinem, quæ si vñquam, illic  
cittātē im-  
potentib⁹ potestisſitē dominatur, qui  
mensam,  
pro p̄fidei plurim⁹ plura petunt; coniungunt domum  
Ouid.lib.  
ad domum, regnis regna adsuunt.

Falso.

Sipollunt, velint, ut iua *Rome* dominus fiat, & totus or-  
bi, regnum vnum; Monachiam & viuūs toto mundo  
principatum, sibi animo singunt congruere ac debe-  
nt. Malos arctant, vt vni latē & laxē viuant & reg-  
ant.

Cesareum illud, si non ore iactant, opere tamen  
quidam præstant. Si violandum est ius, regnū indigraia  
volendum; alijs rebus pietatem colas. Cic.lib.off.

Vidi sub Sole in loco iudicij impietatem, & in loco Iusti-  
tiae iniuriam. Eccleſ. 3.

Religio & sacra colantur, defendantur, quatenus,  
ad tem & regnum faciunt.

In iis in armis, inquit, lex *Iustitiae*, fortitudo no-  
stra.

Hinc bella hinc lites ex concupiscentijs quidem, sed  
qua iuris alii, & honestissimi prætextibus præte-  
damus. De quibus, male te Lector videre Guerram illam  
annalem 1.3. horolog. Principum c. 14. 15. & 16.

Hinc Bella extera cum vicinis; bella domestica cū  
civibus; bella parent alia, fratrum cum fratribus; *bella*  
pro nostre & a nullis habuāa triumphos (vt vocat Luca-  
nus); bella, quæ si illic addūt, hic adimunt, instar ma-  
ris, cui si aliquid per vim additum, alibi est diminutū.  
*Lucā. l. 12.*  
*Pharsal.*  
*Ei lib. 1.*  
*Euseb.*  
*Cæsarien.*  
*l. 1. de vita*  
*Constan-*  
*tini.*

Curiae per pauca, Curiam Constantij patris Con-  
stantini representant, de qua sic Eusebius Cæsarien-  
sis; trium illud usu, nec habere sibi, nec alteri negotium fa-  
tisse, per beatum isthac fuit.

Concionatorem certè ibi oportet Aristidem quen-  
dam cognomento Iustum esse, omnia agere, ten-  
tare, vt cause bellorum tollantur, paces componan-  
tun arguere, obsecrare, increpare oportune impor-  
tune, cum Reges ea, quæ bella inter homines creare  
sunt, perpetrant.

Opocr.

Oportet illum consilia talia & priuatum sub Rego  
pao regio, & publicè de pulpite audenter date, quoniam  
sit daturus consultoriam moribundis, Regi in  
bundo, quo scilicet tempore ferè pacem cum omni  
bus oīnes optamus, mendicamus, magno emulo  
Ita enim opinor, sufflaminaretur tantus ille qua  
dam ardor in bella ruendi, Ecclesia dimic  
mus.

Concionatorem Curiae oporteat esse, aqua  
gidam incensis ira Regibus; repagulum & omnia  
excurretere in vindictam ab orbita Iustitie, volentes  
frænum, lupatumque, ac velut sacram anchoram  
potius temorami pedibus eorum iam in malo im  
petu currentibus, id est iras semper & pectus regi  
mucere, nonquam instigate, aut facios fabri  
magis incendere.

*Expedit, expedi nonnunquam unum hominem in  
dico mori, sed offendere, pro populo, ut non tota gestu  
Bona illa meliora, que diffusiora.*

Quam excellenter fecit Baptista! Quum summis  
rodi dixit; Non licet ubi habere vxorem transuersam  
p; illum aegritudinum iniustiarum in uno scelere malorum  
fraternitatis violare, læse Maiestatis non tantum  
tunc, sed & vicini Regis, ut frater non suillet, huius  
deni in re maxima, in persona si non regia & sua  
regia coniunctissima.

Ostendit, Philippum læsum in fama, & factum  
inde fortasse, ut sit, vulgi fabulam; meum quidem  
bibebant vnum, quasi in cuculum, aut frigidum,  
matrimonij sui custodem negligenterem, & ibi  
co benevolum nimis, vbi minimè oportuit;

Ostendit, peccatum ibi esse, non tunc quod in  
Dei & Iulia de adulterijs est violata, sed etiam quod  
magnum ostium ad pellum apertum est, & ad peti  
torum myriades, quæ ferè bella ut corpus umbra  
sequuntur, quorum omnium conscientia Herodis  
prouocatoris, apud Deum sit tandem accersenda. C  
causam damno dedit, dedisse damnum putant.

Raptum vxoris alienæ, seminarium esse bellum  
minissimum.

Reges Græciae s. in Troiæ excidium, ob vnam Helenam, a Paride similiter hospite, at non similiter cōfingueo, raptam, conspirasse; Herodem qui & hostem hospiti, & frater fratri vxorem suam rapuerit; somidare debere Regum omnium pro Philippo cōvitationem. Fortitan arsūrum bello eius causa orbem unerlum &c.

Ostendit Herodem bellum ab Areta iam gesti, aut morgerendi, vnum solumque esse autorem, qui eius filium sic repudiasse, castam, fœcundam &c.

Regibus a Regum etiam minimis offensis maximè cucundū, ut toti Muado damnosissimis, quoniam lxxx homines quos possunt secum in odio & cœdes armat: recitant ex paruis scinrillis magna sepè incendia, que roborata vix toto Oceano extinguntur.

Quod anteuertere non potuit Iohannes cum accidere vidit, qua quā potuit, emendare oportunè impotuē conatus est.

Ore Concionatorem Curiæ meritissimum, & Baptista:

Quis mihi in singulis Regum, Toparcharum, Satraparum, & Rerum pubblicarum Curis det vel vnum Baptista: Quam meliore loco, & placidiū stantes Respublicas videbremus!

Et beati Pacifici, seu Pacificatores! quoniam filii Dei. Matth. ¶

reclamantur.

At, pro dolor! pleriq; nō modò non ascendū Regib; trahentes, nō se pro muro & obice, eorum furoribus, pro domo fratris, obponunt, sed fortassis etiam quidam infligant, laudent, oleum camino addunt, nimium iam currentes, ac precipites equos calcarib; vrgent, ac forsitan nonnunquā sunt precursores, faciuntque affera in rīas planas, quibus procella tenebrarū reseuata est.

Si speciosi & adorandi sunt pedes euangelizantium pacem & Christum mitem & patientem: infames, & detestabiles euangelizantium bellum & Christum armatum, catapultarū, equitantem, sulphureo puluere atratum, qui nunquam fuit.

Disipa Deum, disipa gētes, que bella volunt, & qui si nō

consulunt, non satis tamen dissident.

**Oppres-  
siones,**

*Iustitia iustitia in qua mibi necessaria. Quoniam  
subditos, quia tantū subditi, multa illis licet  
Herodiani, imperando, derogando, vindicando  
cutiendo &c.*

*Si vel negligimus; magnis iniuria penitentia.*

*Soluitur & cultum praeferit trahit. Ovidius  
Sic vol. sic tubero. si pro ratione voluntatis, in qua  
glamanti.*

*Sic visum Curiae, & Nobis &c.*

*An non licet mihi quid vol. facere? Servi Regis  
Aulici Herodis sumus &c.*

*O pulcrum & laxum in iusticie plorimorum  
Iudamentum, è mera purpura.*

*Prou. 29. Rex iniquus omnes ministris impunit  
Multa auare, multa inuidè, multa violenter am-  
tām armati, quam inermes & togati, Herodiani  
stri. Ab utrisq; non infrequens concusso populi.*

*Verisque igitur necessaria disciplina, & Inflam-  
culatio, ac forsitan togatis magis, qua sagittarii  
matis, cūm hi præcipiantur ab exactionibus, &  
nis dumtaxat, isti etiam a munieribus ad frontem  
am plerumque officij pretextu, spoliunt & ven-  
pradones sine pudore, & furibus effrontios sum-  
nim timide furantur, isti delinquent confidem-  
tantes.*

*Fures laqueos legis timent, illi quidquid fecer-  
legem putant.*

*Fures lege terruntur ab illicitis; ab illis legis ab  
quā malitia sua cōpediū petent hanc. Leges  
quam, vt Lesbias regulas, seruire iubat, quo res  
quis illō iniquior, q̄ verbis iustitiae iustitia dī-  
armis Innocēti, innocētes spoliat, vulnerat, cruce-  
Lege, lex perimitur; & vigentes legem, elegi-  
summum ius, summā legē mūra.*

*Irā residuum erucē militis barbari & ociosi,  
Ioēl, comedit locusta, Tribunus sc. militum agri-  
grandiusculus, residuum locusta & Ducum per hor-  
raria, omedit brū hū, nescio quis adhuc implans  
famelicus aulicus, ad rodendum & mordacum pe-*

residuum bruchi & Aulici pænè saturi, comedit rubi-  
p. tractorum nescio lues, quæ agricolis maximè mo-  
lita, ru & rubigo.

Ehoc mirabile, ut rubigo in roscido tractu, con-  
vallisque ac perflatum non habentibus dominia-  
tu, ventola autem & excelsa non attingit (vt vult Plin. l. 18.  
ut: ita ferè quo quisque maior & diutor, hoc ab ex-  
actione liberior, quo minor ac pauperior, hoc onera-  
tor.

Habenit dabitur, & abundabit: ri autem qui non habet,  
quod ridentur habere, auferetur ab eo. Matth. 25.

qui adiutorium in potestate. psal. 88.

Pates in prolinatas omne recumbit onus. Ouid.

Datur opes nullis nunc nisi diuinitus. Idem.

Quis enumeraret, quot miseris officiari illi, & offi-  
ciis illi plura simul gerentes officia, officiant ad rui-  
nam sepe extremam usque; & quoq[ue] ante beatulos ho-  
mines dum officiosissime Principi, yrtastant, officia  
lus etequuntur, officiunt autem reuera Reipub.) ad  
manican deicjan, vestibus, gregibus, domibus, a-  
guis fundis, scudis (pænè & libertis quoque, crudelissi-  
me subbastari?

Et his quidem omnibus, speciosum Herodis aut  
Cæsaris nomen & servitium ab Herodianis, obtendi-  
ta in officia sua poscere iactantibus.

Ac fortassis sèpè ea Herodes ipse & Cæsar nesciunt,  
fortassis sciunt & dissimulant, fortisan & Herodes ali-  
quis ita vult & iubet.

Operibus luporum solent corui gratulari.

Misæ aurea est illis res publica: & pluries illâ quo-  
tannis, quam agrum detendent.

Ergo Concionatorem Curia, quid nisi vehementer  
iustum esse oportet, & pro populis apud Reges di-  
cere de iustitia & iure, de reddendis, quæ sunt Cæsaris,  
Cæsari, & quæ sunt Dei Deo?

Decer illum esse Patronum obpressorum, adioca-  
tū granatorū, patrē pauperū spontaneum, vehementē.

An non Baptista Iustitiam hanc coluit, qui Herode  
contripuit, explicationum populi, quib[us] misellū denu-

dabat, decalubabat, euiscerabat, vt meretriciæ  
vestiret duplicitibus, auratis, aureis &c. crispans  
adscitio decoraret &c?

Qui corripuit cædium, quas in ciues, in plebem  
in nobiles ab eo exercitas antè docuimus et Christum  
stomos! Item eorum, quas Aretas Socer, bello, em  
geslit in Herodem Generum perfidum, multe  
citoque perpetravit, delecto Herodis valuerunt  
tu, captiuis sine numero abductis, vastata ferociam  
maque Galilæa, Nœceph. l. i. hist. c. 20.

Horum enim omnium Herodes accerderet, per  
sic Aretam læsisset.

Qui corripuit obpresso libertatis &c. viluppi  
docebamus?

Cerrè, si Herodem Baptista corripuit de omnibus  
lis que fecit; consequitur necessariò & de istis quae  
corripuisse, malis profectò longè maximis.

**Qua in re  
Baptista  
Engulatis** Fecit scilicet Baptista noster, quod iam pridem a  
ipso Deus per Malachiam prædixerat;

Malach. 4. Ecce ego missem vobis Eliam Prophetam  
antequam venias dies Domini magnus & horribilis. Eius  
merget cor patrum ad filios, & cor filiorum ad parentes  
qui locus non sine opera precio, futilis paulonis  
nunc videtur explicandus.

Est igitur hic sermo de duobus Elijs, uno in prædicto  
(vt loquitur D. Gregor.) id est, de illo ipso Achab  
Iesabelis flagello, Helisæi magistro, quandamque  
curru in cœlum spectabiliter raptio; & de altero in pœnali  
ritu, id est, de Iohanne Baptista, metaphorice ita dicitur  
quod eiusdem genij, & indolis cum priore illo Elijs  
fet, & vitæ, & ministerij parùm differentis.

Item sermo est de duobus temporibus; Adorem  
scilicet Christi secundo ad Iudicium, aduersus homi  
nes cum potestate magna & Maiestate; & primo, in causa  
ad homines propter homines, quo adparuit benignitas  
& humanitas Salvatoris nostri Dei omnibus hominibus, in  
que multiplex eiusdem loci sensus.

\* 1. Primum igitur sensus, quo respicitur tempus  
cundi Adventus, talis esse possit.

Prædictus Malachias illis verbis, verum Eliam, illū, quolum rapcius est in eccliam nullo adhuc intercessu. *Vide Ter-*  
*portis, secundum quosdam quibus adsentior, sed de-*  
*mī ubi finem mundi, mortuus, rediturum sub ad-*  
*surrexit.* *c. 58.*

verum illum Christi secundū, ut repugnet Anti Chri-

ta, vel, si mortuus est (ut quidam volunt) neque in il-

lēpōra viuus referuatus, sub mūdi tamen catastro-

phen excitatū iri, illo fine, quem nunc diximus. Non

malle.

*Vide Florimundum Ræmundum hominem ad primè do-*

*fun in suo anii Christo c. 46. de reditu Eliae.*

Alij non Eliam ipsum, sed homines præditos spiritu  
*& virtute Eliae, vesturos tū putant, qui resistant Anti-*  
*Christo. Nondum refello. Christum enim primi quo-*  
*que in aduentus, non Eliam in persona, sed dumta-*  
*rit Eliam in spiritu, id est, Baptistam, similis cum E-*  
*lia genij, hominem, voluit esse præcursorē.*

Sed mihi plus arident, qui tuentur verum Eliam,  
 tum ad homines rediturum.

\* 2. dier, quo respicitur tempus aduentus primi in  
 humanitate cum summa humanitate, talis est, ut pro-  
 prius noster hic Baptista per sermonem impro prium  
 ac translacitum intelligatur, qui nescio quid valde  
 illustretum sit patraturus.

Conuerteret (inquit) Iohannes Baptista Elias ille my-  
 sticus, *cor Patrum ad filios, & cor filiorum ad Patres eo-*  
*rūs.*

Vnominis Eliæ fuit, ita operum eius varia quo-  
 que interpretatio est.

Intelligunt quidam { 1. *Vnitatem fidei;*  
 2. *Charitatem;*

\* 3. *Priuatem Fidei & religionis identitatem in po-*

*sternis & majoribus ipsorum.*

Ergo conuerteret idem Vatablo est, ac reducet *cor pa-*  
*tronum in filios, id est, faciet, ut Patres & Filii credant in*  
*Christum. Patres nostri crediderunt in Christum, &*  
*nos filii eorum credimus.*

Doctus inter Hebreos exponit Conuertam patres & Qui non  
 L 3 filios

uentum filios in unam religionem Q. d. eris unus uult, & tu  
Fidei vni pastor, opera & prædicatione Baptista.

Cauia autem tanta vniuersitatis subditus, proposita  
scilicet metus gehennæ, & maximè pœna damnationis  
damnatorum prima ac præcipua est (relatio de  
& scriptisimo tomo 2. nostri Orbis Terrarum, ut  
breui editionem multorum flagitiorum importunis. Deo bene fauente, meditamus, ne  
inquit, veniam & percussionem terram anathematizem.  
ne homines terrena sapientes & impios, accidens  
piorum segregem, quibus parere paria dixit Iesu,  
Iuadens hominibus celerem conversionem, curvatur  
an radice in potiam; cum ventubium; duo septen-  
tonis instrumenta; cum ignem mettingabimur con-  
morauit, ut his terroribus ad religionis vinclatae,  
morum ad regulam correctionem, fortius regim-

Eadem, de codem, Angelus Gabriel ad euangelium  
Zachariam; Multos filiorum Israhel conuerteret ad domum  
Deum ipsorum: & ipse præcederet ante illum in firmis  
virtute & dilectione: ut concertat corda patrum in filiis, &  
credulos ad prudentiam iustorum, parare domino plebem  
festam. Luc. 1.

Actu per Patres, intelligi oportet eos, qui sub  
synagoga & Lege fuerunt; per filios, aut eos, qui ex  
Ecclesia & sub Euangelio Senatus igitur est. Facetus  
christista ut Synagogistæ credant in Christum non minus  
quam Euangelici, & Ecclesia ex Gentibus; sed & po-  
tere faciet, ut Euangelici & Christiani recipiant  
catalogum Synagogæ.

Quod de Christo intellexerunt Sancti & Patri-  
archæ, in posteros quodam Prædicationis quasi infun-  
dibulo aut infundibili ille transfundet, ut posteri per  
& pariter maioribus suis intelligent, sentiant, & ma-  
que vita faciant. Vnam faciet esse maiorum posse  
tuna que sententiam.

*Qui habere facit unius moris in domo psal.*

V. Beda hunc sensum sequitur.  
Sed & conuerteret incredulos ad prudentiam iustorum, id  
est, ad fidem Patriarcharum, qui Iusti specialiter nati-

cupuntur, unde & librum genesis, librum Iustorum  
apelant, quod virtus Patrum illorum beatissimo-  
rum maxime narrat. Et fuit recta fides, summa ipso-  
rum prudentia.

Item 9. Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non  
fane in fortitudine sua, & non glorietur datus in  
bonis suis sed in hoc gloriatur qui gloriantur, sicut & noſſe  
me.

Quem sensum ego quoque ut germanum, ample-  
dor & oſculor.

\* 2. Charitatem marum Magistratum ac Subditum  
inter se, quam sit redempturus Baptista.  
come te, inquit, cor armum ad te, & cor fitorum  
et Patrum eorum instillabit in te amorem Patri  
& Filii.

Potes autem inquit, non carne, non armate, sed  
officio, sed amore intellige, quales sunt Reges,  
& Praefecti Provinciarum, virium, Monasteriorum  
&c.

Huius inquit, non sanguine, non annis, sed subie-  
ctione, & velut adoptione, & reverentia, cuiusmodi  
sacromes constituti sub potestate, Nationes, Ci-  
ties, Monachi &c.

Bossum olim Imp. non nomine Dominatio-  
ni, Celitudini, aut Maestatis, sed Patrum adpella-  
bant, quod nomen & dignitatis plurimum, & inuidic-  
tum pte se fecerunt.

Roma Patrem patre Ciceronem libera dixit. Iuue-  
nali.

Mc Q. Caſius princeps huius Ordinis & auctor publick  
etiam frequenter in parentem Patrie nominauit.

Ac C. orat in L. Pisonem.

Naaman princeps militis & pater a suis adpellatur.

Elizab El ſeo dicitur Pater mi, Pater mi, currus L-  
ſtor, & uirga eius Reg.

Quod etiam Deos suos Ernici Patres vocabant.  
Nos Christiani Patre caeleſte docti sumus invocare.

In promptu cauſa, quod Regum sit, & Princi-

L1 + pum

Sed etiam  
Regū ūba-  
ditorūq;  
inter le  
Charitatē  
procura-  
rit,

pum cœrū cuiuscunque, ita Subditos, vt Pater  
& vt homines Deus ipse, amare, seruare, rueri, regi  
bonis, honoribus &c. vt viciſſim Subditorum, sine  
amare Reges ac Præpositos suos, vt Patres suij pro  
solent.

*Ovid. l. 2.  
Trist.*

*Tu quoque cum Patri et rector dicare, Paterque,  
Vt vere more Dei nomen habentis idem, ait Ovidius  
Augustum ad clementiam inclinatuiens.*

*Filius honorat Patrem. Si ergo ego Pater, nihil am  
neus sit Dominus, populum suum filialis in le  
ris admonens.*

*Conseruere ergo corda Patrum in Filiis, & Filium  
in Patres, idem mihi nunc est, ac si diceret, de  
mantibus imò inuicem odientibus, amantissi  
mos alterorū facere, atq; adeò, vt alteri alterorū pati  
alios se, & cogitent Patres & Reges, quid fibi te  
pati veller, si filij & Subditi esent; Filii & Subditi ipsi  
a filiis ac subditis ipsi exigerent, si se Patres & Reges  
creari contingenter:*

*Terent. in  
Andria.*

*(Tuū hic sis. aliter sentias, merito dixerint alii sibi  
ri, quam officio suo defuerit.)*

*Conuertet corda Patrum in filios, & contra id est, corda  
& animas horum in viscera & pectora istorum cog  
velut transmigrare, & viciſſim istorum in illorum, id  
est, Subditis amorem suorum Regum, Regibus am  
orem subditorum gradu summo conciliabit, quoniam  
anima magis esse dicitur ubi ansat, quam ubi anima, quod  
studium paucē perperum esse debet Concionato  
rum, & Curiæ maxime.*

*Hos Deus artifices tali præfecit amori.  
Ita autem transmigrare corda alterorum in al  
ios, & sic Reges Subditique amare inticem non pos  
sunt, sensu meo, nisi Concionatores ipsi valde iusti  
tiam colant, iniustitiam omnem abominantur, aed  
vtraque non minus ad Aulicos, ad Potentes, ab Ab  
bates, quam ad plebeculam & monachos gregarios  
frequentes habeat orationes; nisi tota ois libera  
te Patribus, Regibus &c. inculcat quod id  
dem subditur; Ne forte veniam, & percussio  
nem*

usquam, id est diuisione, secessione populorum, apostasia monachorum &c.

Injustitiae enim, exactionibus, violentijs, cædibus, denique iusticie neglectu, quo peccat Herodes, Rex Iudeæ, Abbes, incredibiliter corda filiorum, subditorum, monachorum auertuntur.

Injustitiae, inquam, seu illas Herodes ipse exerceat, Quam dirimt iniquitatem, qui armati, qui inermes, qui togati, qui paludati, si cum impunitate,

Roboamo filio Salomonis minitanti populo, subpletie tributis minuendis, pro virginis scorpiones, anno mōx decem tribus auctoræ dixerunt, Quæ nobis pars in David vel quæ hereditas in filio Ioseph? Vnde in tabernaculo Iacob, nunc vide dominum tuam David. 3. Reg. 12.

Lividine vaga Regum, aut stirpis regiae; deniq; dominicum vita nimis notabiliter & splendidè infami, cum corda filiorum à Patribus auertuntur.

At Tarquinio Superbo & Regibus deinceps omnibus populi Rom. animos adeò auertit, filij Regis in causa Lucetiam libido violentia, aut libidinosa violencia, ut Reges omnes idcirco aeternum exegerint. Luitius ad 1.

Rodericus Rex Gothorum cum Juliani comitis in Apulia pro le Legati filiæ stuprum intulisset, a Maura Juliano sollicitatis bello peritus in acie cecidit anno regni sui tertio. Itaque pars Hispania Bellazin Muze sicutum Maurum Regem accepit. Mich. Riuus 1. 2. de Rebus Hisp.

Res qui & soli nostri quis nescit,  
Variaeque virosque & tanti incendia bellum?  
Quæ regis in terra, nostri non plena laboris? Tantum ipsi recordamini.

Contra animos Patrium Regumque ab amore filiorum & Subditorum, dura eorum ceruix, intiaxabilis indeoles, recalcitrafa, parum patere parata, que nec Deos nec homines reverentur; impia in Superos, superba in Reges &c. valde auertit.

Agnosce Gens quævis & Terra genium tuum, nosce te-

sce teipsum Intelligitis, opinor, hoc tantum dicem.

Quid ergo? Concionator quinis, & manuē Cria, ut conuertat auersos, alterum ad alterum, cum magno, & zelo iustitiae flagrantissimo, inuictus trium & Regum, in filios & populum; Filiorū & ditorum, in Patres & Reges, diligenter incepit verique emendati, Patres filios diligunt, Filiū timent, quinque cuique, alter alteri viculum, suum.

*Opus enim talium e Pax. id est. Suo cuique redditum cessat & pax consequitur. Iustitia vero pax incrementum. Altera alterius contra individua est. Vnam si ipsius ambas expuletis.*

**Si alceum est causa alterius, oppositum ab  
sitio causati necesse est. Si iniuria patens bellum  
Iustitia maret Pacis.**

Cum ego nil preter meum nec tu quidquam per  
tuum visitparis, cur litigemus?

Si reddantur *Cæsari* que sunt *Cæsari*, cur non sunt  
*Cæsar* subditos, ut Pater filios? si *Cæsar* reddit suos  
tis, quod sub licetum est, cur illi *Cæsare* non sint,  
ut Filii Patres suos?

Egypti certe Reges suos non minis amarunt  
filios. 19. Baemuli. de Gentium nobis...5

Hic erit artis vrobique.  
Conuertuntur ferè C. pulchros;

Quid Pa- Conducantur fere  
trios si corda Patrum, ad Mites;  
Iudea can filios Obedientes,  
et illi, Iudea hanc in primis per se. Dens se

Iacobum enim non solum Deus, sed etiam  
virtus que uno per tuum patrem, plus dilexit Iacobum quia  
Ephraim, quod Iacobum ideret non tantum a virtute sed  
indolis quoque humioris. Lemitare nam inimi, concus  
corporis lemitas, ut in feminis, testabatur.

*Iosephus etiam a Iacob. Patre ples  
batur, quod sideretur obedientior, & per  
etiam ad omnia lussus est et aquam percutebat, quia  
iunxerat. ) percussisset: aut. xx. gare trunca arietem, &  
fessis*

reforesceret, irrigasset, ut quondam Ioannes ille Ab-  
bas cognomento Simplex. *afisan. de misericordia lib. 4. cap.*  
Ita Regum corda ferè ad subditos illos conuertū-  
tā, eoque populos amant impensis, quos vident  
pulchre moratos, humanos, genij liberalis, & minimē subditos;  
nec alacros.

*Clementem ubi apud me iusta & clemens fuerit seruitus,  
longiorē seruo vi effe liberum mihi, Proprietary quod ser-  
uus alacros ait Simo Terentianus ad seruum suū  
Solian. Terent. in Andr. act. 1. scen. 1.*

*Locupletando unifiliorum studiosos;*  
*Virissim conuertuntur corda filiorum ad Patres*  
*1. Locupletando unifiliorum studiosos;*  
*2. Minime austeros;*  
*3. Decenter viventes.*

*Locupletandorum &c. Domus enim & diutiae damur Quid filii  
patrem pro. 19.*

*1 cor. 12. Nec eum debent filii parentibus thesaurizare,  
stipendiesq; suis.*

*2. Minime austeros, nec habentes liberos, vt manci-  
pia, non imperiosos, non verberones, non orbillos.  
Genitus animi est animus humanus, duci mault,  
quam trahi.*

*3. Decenter viventes, & non inhonoros in Repub-  
lica, nihil gerentes, vnde merito a suis, aut alienis co-  
temonantur.*

*Nil venerabilius virtute aut amabilius.*

*Non tam pulchra facies prolis potens ad parentū  
caritatem sibi conciliandam, quam parentum virtus  
ad benevolentiam ac reuerentiam a filijs imperan-  
dam.*

Sic, sic ferè etiam Subditorum corda ad Reges co-  
uertuntur, cùm studere illos augendis opibus subdi-  
torum intelligunt, non expilationibus, non grauatis  
tributis minimē necessarijs &c. cùm vident conari illos  
imitari Augusti, Romam ex laterritia reddere marmorā  
ornare Spattā suā, ex quo quis pedite, ut sic dicā, equite  
facere &c. tardū esse ad irā, tardiorē ad vindictā, nec  
dilla procedere, nisi coactū, & cū dolore &c. malle  
ciucum

*Quid Reges sub-  
ditos.*

ciuem unum seruare, quam centum hostes perire  
tare si posset mortuos etiam vita reddere &c. de  
esse ad clementiam.

•uid.

Dex. era p. r. cipue capit indulgentia mentes,

Denique viuere vitam regiam, excelsam, ~~etiam~~  
et ullam offensionem, alienis matrimonijs non indu-  
ri, suis contentos esse, non vagari libidinibus, & non  
Regulos plures creare, quam alere commode ne  
possit &c.

Ea denum Regibus Subditorum amorem concil-  
ant, corda ipsa pene diripiunt, ut contraria scilicet  
auertunt.

Ita apes suum Imperatorem aculeo non vident  
& multo etiam nitore a vulgo differenter (*vident*  
*Plinius*) mirè suspiciunt, obediunt, fessum etiam lan-  
rus sublevant, validius fatigatum ex iacto portant. Si quod  
per auctor lassus deficit, aut forte aberravit, odore profunda-  
Plin. lib. II. c. 18.

*Vt ameris, amabilis esto.*

In Regibus vita scelerosa perinde turpis, virili  
verrucæ in facie, imò ut in pupilla oculi, & peccata  
star odiosa.

Memorabile est, quod Subrius quidam Flavio To-  
bunus, olim fortissime Neroni testipadit. Numquid  
de Coniuratis agerentur quæstiones, interrogatio-  
ne cum a Nerone, equib[us] causis adductus ad con-  
iunctionem sacramenti processisset: Oderante, impo-  
Nec quisquam tibi fidelior milium fuit. dum amari me-  
isti odisse cepi, postquam parvicia matris, & uxori, ali-  
ga, & bastro & incendiarius exitiisti. Negant in exco-  
iuratione, quidquam Neroni grauius accidisse solum  
in vita Neronis.

Baptista ergo noster, Iustitiae zelo, pro populo  
Herodem pulchre fecit, vicissim pro Herode contra  
populum in artis staturus, cum res posceret, muni-  
rens concionibus haud dubiè, etiam dijuncta esse  
dum.

Militem monebat contentum esse suspendi in  
&c.

Herodem, si stipendijs soluendis par esse vellet, ne  
vices imò meretrices multiplicaret.

<sup>3.</sup> Si corda filiorum & subditorum vellet ad se converti;  
deficeret ab oppressione libertatis publicæ , remitte-  
tributa; vecigal magnum parsimoniam esse; mite-  
teret; abstineret a sacerdotatu; a ciuijum cedibus &c.  
Denique ageret aliter omnia quam soleret. Vno ver-  
bo, accipit Herodes, de omnibus malis , quæ fecit. O  
Temporantia,

Concionatotis Curiae perfectissimum exemplar!

Verè vere Iustitia ante eum ambulabat, psalm. Iustitia  
Iustitia monies Dei.

\* Quidam misericordiam & veritatem diligit Deus : gratiam  
& gloriam dabit Dominus, ps. 83.

<sup>3.</sup> Temperantia, quæ, vt a Curia Herodis procul ex-  
isti, magno populorum ob tributa idcirco frequen-  
tata, & grandiora, grauamine; ita Concionatoribus  
illuc senatu difficultima , tam in ijs , quæ sunt vietus,  
calusque, quam quæ complexus.

Ibi enim homo diues epulat ut quotidie splendide, quoti-  
dit, quotidie.

Ibi hyssus & purpura indumentum eius.

Quamlibet vestiuntur in domib; Regum sunt. Mat-  
theum.

Quam illuc difficile cilicium non exuere , non in-  
ducere falem lanam & linum!

Ibi rufus plurimæ , quæ dant, plures , quæ si non  
dant, non tamen negant: nonnullæ fortassis, quæ in-  
festa facta glorientur &c.

Vel Herodis nostri Curiam vide, in qua Herodias  
lupa manifesta , in qua Salome tripudatrix , & forsi-  
tan filia matris pellex, quis scit? in qua coniuiorum  
natalitionum luxus, & quid non?

Vna illa, struma & sentina malorum fuit: illam se-  
nior vide, & criminis ab uno

Dixit omnes non dico, sed plurimas.  
Itaq; duo Concionatori hic incumbunt. Primum, ut pro il-  
li exulem Temperantiam huc postliminio reducat, la depug-  
net, consiliorū omnī parentem, & exactiōnum nouercā.  
Alterum , ut inter tot mollia non mollescat quoque ,  
quod

quod facile accidat , nisi animum eius tollant  
paucit Temperantia . Facilium illic et Di-  
degenerare in Aristippum .

Et quis necit inter delicias etiam periliu-  
ratem?

Quis necit epulis istis , & convivis oblatas  
tis non modo vita totius , sed & lingua confusa  
non ratiō eneruari , & vendi vera dicendi libe-  
tem?

**Et eam  
inter de-  
licias non  
deserat,**

Sed Baptista noster , Concionator planè Cum-  
nissimus , cuius temperantia vixtus , cultusque  
vt vulgo diceretur non mandans neque bibens ; ultra  
etiam tam insignis , vt Herodiadē ipsam nos-  
sus vel alloqui ut moneret , ac ne quidem ( vi-  
dixi ) primis oculis intrueri .

Baptista temperatissimus , cui vel coniuuiu-  
cum Herode , nulla simposia , nullæ cum Reges  
pitificationes ; vel si aliquibus interesse audebat , ut  
tamen linguam eius aut emere , aut subito ferre  
efficere potuerunt , nec , si blandè imperauit , impo-  
trarunt idcirco , vt de Herodiade , ita & de exectione  
maliis , que fecit . Regibus imperat , qui rige-  
tensus potest vi etu cultu que , quo Baptista . Prudent  
non prandeat , eadem semper oris libertas .

Vt quondam Phryne nobile Athenis scortum p-  
noct : in eodem lectu o : cum Xenocrate tamen vana  
grauis , oriosè transactam deridentibus se adolescenti-  
bus , & paustum pretium victoria iam flagrantissimam  
Xenocratem hominem negavit , statuam adpellans  
ita Baptistam poterant Herodes cum Herodiade fa-  
tuam immotam nuncupare .

Nam seu sequererur eum cibus & posus regni , fa-  
mela regia quandoq; invitatus ( vt sic viceceret , tempore  
idem , & pariter severus in suggestum redibat , auct  
locutus suis , & fontana erat contentus , vt sibi deg-  
beret , an Herode liberali viceret , an non re-  
tur .

**Neque ea  
delicia** Iouitaret , non iouitaret ; cibos regios in solitaria  
nem ad illum mitteret , non mitteret Herodes .

similis semper Heredem corripiebat de omniū tu mali; prebet ut  
ritatem.  
quiescit. Temperantia hōs illi animos faciebat.

Sed nec pinguis Sacerdotij promissio, aut Pontificis  
restitutio ostentata (qui iure diuina legis Ba-  
pista debebatur, ait Franciscus Maro Doctor I hec. *Franc.*  
*Franciscanus*, quia Zacharias pater summus Pont. *Maro ser.*  
fuerat, & tunc summi Sacerdotes prodibant per *de s. jo-*  
*sacellionem*, ut patet ex libro Numerorum) quibus hanc Pa-  
trem nunc atribus obstruere conantur Aulici callidio- *o fl a con-*  
*tes, ora liberius loquerari, & non ratiō obstruunt, nec fid. 3.*  
prece, nec pretio Herodis nec minis Herodiadis Ba-  
pista mouebatur. Statuam dixisse, aut Marpesiam  
cautem, aut vetus Gentium idolum, de quo illud est,  
ad iudeo Terminus.

Deloaine & Herode dixisse, quod Valerius *Max.*  
de Xenocrate & Alexandro Magno; *Rex philosophia-*  
*nauam emere veluit; Philosophus Legisiam vendere no-*  
*lau Valer. Max. lib. 4. c. 3.*

Hoslibus pingibus & b. nē incarnatis, ut medi-  
dicata his frugibus offa, qui possunt instar B. pista-  
vare, canes celestes sopri non possunt, ut non la-  
tent: Cerberi soli & canes infernales carnuori, ut  
inesperantes, istis forsitan ab aliquo Æneas sopiatum.

Ab Argentangina item Demosthenica alienissimus  
Baptista. Quod aurum nihil volenti præter cilicium  
ad amictum; nihil, præter aquas & locustas, ad victū?

O nūm ineffabilem nec labore viatum, nec morte vim-  
cendam!

O si duo prætere tales Idæa tulisset:

Terra vero quis dubitet, illum melius habiturum?

\*<sup>4</sup> Prudentia sub qua repono Sagacitatem, & Sci-  
entiam. Necessaria illa, ut nobis Concionator, & quos *Pruden-*  
& quando debet proferre sermones apud Aulicos, *tia,*  
homines, seculi libra prudentissimos, Astutissimos,  
& scios rerum plurimarum.

Quid nostra Baptista Prudentius, Sagacius, aut (ut  
sic nunc loquar) Scientiosus?

\*<sup>5</sup> Prudentia sane Baptista hinc elicer, qd de malis *Qualis*  
solis, verè certèque malis Heredem compuit, de *Baptista*  
adul- *fuit,*

adulterio, de sequelis adulterij illius, bellis, errimis, lapsum inde occasionibus, tam Phoenicis Regi, quam vxori repudiata, datis, quos amborum cœlibes fecerat, & peiori conditione, quam duitatis, statuerat; de usurpato & vendito iure confiscatus; de vexatione populi, de Tyrannide &c.

Indifferentia, iocosa, ludicra, & omnia spectacula boni quam mali habentia, benignè interpretata, forsitan ne adgitit quidem. Musicas, cuiusmodi quæ non capiebat.

*Matth. 23.*

*Non inferiora sequuntur, non Phariseos imitantur, colantes calicem, canam autem glutinosa; non emulentur stucas, sed circa trabes reprehendas apud Regis, in auribus Curiæ, horas dicendi terebat (et multo tè quidam;) mala mala, & crassilla Regis pessima corrupiebat, quæ nunc nostri plerique ne summo quod digiti vngue ausint adtingere. Oculum!*

Huc tamen, hoc tota belli moles, totum pugnandum conuertendum, non nugas & inanum caput dum.

*Cum sagacitate pati,*

*\*Sagacitas quoque ipsius inde eviderit, quod nihil malorum ab Herode perpetratorum ignorauerit, omnina rescierit quæ domi, quæ fortis Rex peccaverit.*

Argum dixisse centoculum, in viuis Herodis Curiæ facinora omnia intentum: animal plexum velis ante & rētro, cuiusmodi olim viuum Ecchiel.

Et quot vigiles oculos in Regia facta, tot annis regia dicta, & in famam de regis moribus subspiegabat.

Lynx visu, aper auditu, canis odoratu erat circa Herodem Baptista.

*Virgil. i.  
Aeneid.*

*Omnis in Ascanio cari fit at cura parentis.*  
*Tanta illi Curiæ cura, ut in Curia non plus currit à totius regni procuratione, quam Iohanni efficit viuis Curiæ recta curatione. Dixit illum solam Galilææ partem curatam velle, in solius Regia Curiæ rectam institutionem omnia conferre.*

*Et certè hic totius reformationis humana causa est.*

*Iudicium*

Indicium à damno Dei, à Regibus, a Capite.

Sagaci certe & odorum Baptistam istum fuisse  
necesse est. Nam qui potuerit Herodem de omnibus om-  
nis malis que fecit corripuisse (quod textus expreſſe  
habet) si non omniſ ſciuit: quomodo ſcire omnia, nō  
vito tantum fulpicari (nam, ut putare, aut non putare  
Regum non eſt; ſic nec Regia aut Curia Concionatorum;  
tanta enim & vera, apud Reges, & Regibus dicenda:  
nisi fuerit facillimus, & emunctissima naris, atque  
inſurgitiflumus?

\* Scientia denique illi copiosissima, caſuum Con- <sup>Scientia</sup>  
ſcientie (vi vocant) maxime. <sup>que non</sup>  
De omnibus enim & ſolis malis Herodem corripuit, <sup>vulgaria.</sup>

non aliquando, in bona, quaſi mala per errorem in-  
vechus.

Non ait textus, corripuit Herodem de omnibus, quod  
Mamilicuius & Zoili, tam bona quam mala carpē-  
tiuncula, & maledicentiae portius fuiller, quam parthiae;  
ſed de omnibus malis, que fecit. Peccata Regis omnia,  
& loca, certoque talia accusauit.

Didicerat ergo errores & ſtūtia Baptista hic no-  
ſſe.

Sapiens Bona & mala in omnibus tentabit. Eccl. 39.  
Omnia probate, quod bonum eſt tenere.

Mala bene didicerat, tractauerat. (Discuntur enim,  
et dicuntur mala bene, vti & bona male. D. Gregor,  
lib. 23. moral. c. 3.)

Didicerat, inquam, doctore intus Deo. Fuit enim <sup>infusa</sup>  
Baptiste scientia infusa, non parta labore, aut studio <sup>magis,</sup>  
quaſita, vt qui, vix quinquennis, in ſolitudinem ſe- <sup>quam, ac-</sup>  
ceſſerit, ibique ad diem vique oſtentationis ſuę vixerit, <sup>quiāta;</sup>  
ibidem nullo niſi Deo Doctore viflus, nec ante a patre,  
et Pontifice ſummo, ſatis, per ætatem immaturam,  
eruditus.

Itaque Baptista animus plus aliquid, quam ſum-  
maria Angelicam caſium Conſientia, ſub tanto Do- <sup>Maxime</sup>  
ſtote didicerat, cuius Scientiae cognitionem Con- <sup>caſium</sup>  
eionatoribus omnibus, maximè Regum & Curiarum, <sup>Conſci-</sup>  
imp̄imis commendamus, vt in quas ſi non omnia <sup>entia;</sup>  
pecca-

peccata, tanquam in sentinam, confundit peccatione; certe quasi ad oraculum conferuntur in canda & terminanda.

Fuit profecto Baptista, bonus canis Dei, odore peccati, quod mox percipiebat; bonus stenon Dei, latrato, qui peccatum deprehensum moriens piebat.

Eccur vero quidam nimis, in bona, aquatina carpenda defluuit; quidam nimis parci, in nulla aucta mala linguas acutus, canes muti aut non volentes, non valentes latrare, nisi ab huius Scienze conscientiae inscitia?

Ignorant quando peccetur, quando non. Ignorant etiam forsitan onus & periculum importunè silentium, & importuna loquorem.

\*5. *Fortitudo*, aduersus Herodem, & aduersus Curiam Omniuolum, & Omnipotentem factum. Felicissimi cuiusque delicatissimus sensus est.

Quis sine fortitudine audeat vnos contra omnes sententiam dicere, & quidem potentissimorum (Ezdræ 4. ostenditur) habentium ius vite & mortis? Non declinaverunt, simul inutiles facti sunt; non quod faciat bonum, non est usque ad unum psal.

